



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 96. Alphonsus, & Petrus Medicæus discordias inter Galliarum Regem &
Ludovicum seminare conati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. ultro aperientibus, qua re comperta, A.
A.C. 1494. lexander omni cunctatione remota co-
pias suas in Romandiolas revocavit.

§. XCVI.

*Alphonsus, & Petrus Medicæus dis-
cordias inter Galliarum Regem
& Ludovicum seminarie
conati.*

Neapolitanus Rex æque ac Petrus de Medicis cum angustias, quibus im-
plicabantur, eluctari percuperent, Gal-
liarum Regis cum Ludovico societatem
dirimere fatagebant; Neutri opportuna
defuit occasio; cum enim Ludovicum
Mediolani Ducatum, cuius investituram
ab Imperatore jamjam acceperat, sibi
afferere, unice intentum esse haud igno-
rarent, ambo opem operamque eidem
spounderunt, ut quietam Ducatus pos-
sessionem tueri posset; Neapolitanus ve-
ro, quem haud latebat, Franciæ Regem
pecuniarum inopia premi, quæ eidem o-
lim Pater ejus promiserat, denuo confir-
mavit, pollicitus, se deinceps Gallicæ
coronæ vestigalem fore, quo facto Ca-
roli VIII. honori, ejusque famæ cautum
esset. Ad ejusmodi vero consilia eo
tempore fuscipienda potissimum ex eo
permovebantur Alphonsus & Petrus de Medi-

æccl. XV.

A.C. 1494.

Medicis, quod Ludovicus a pristina animi sui sententia plurimum discessisset, cumque paulo ante Petrum ad deserendam Alphonsi amicitiam sollicitasset, nuperime eundem, misso ad eum Stephano Taverna arcanorum suorum arbitro, ad constantem cum illo societatem hor-tatus esset : Petrus igitur Medi-cæus, cum subdolam Ludovici mentem satis sibi compertam haberet, nec ultra ejusdem fidei se committere vellet, collato cum Neapolis Rege consilio stauit, junctim omnem impendere operam, ut ambo Carolum de perfidia sui foede-rati plene persuasum redderent, proin inducerent, ut satius haberet a suscep-to consilio desistere, quam ejusmodi Viri a-stutiæ se concredere.

Negotium hoc exequi in se recepit Pe-trus; igitur Joannem Mattaronum, qui Flo-rentiæ Caroli Regis nomine residebat, habito colloquio de tota rei serie edocet, spondetque, se luculento demonstraturum argumento, Ludovicum in Gallorum perniciem fraudes machinari, id ut per-suasissimum Matturonum faceret, palatum, ut adiret, illum rogat, atque adventan-tem in cubili suo clam sub aulæis ab-scondit, moxque Tavernam ingredi jus-sum altiori, ut cuncta Mattaronus perciperet, voce alloquitur, eique significat, totam Italianam cum luctu & gemitu me-rito

Sæcul.XV. rito de Ludovico conqueri, quod eam
A. C. 1494 Gallis subjicere pertinaci consilio decre-
 visset. Ad hæc Taverna haud minus e-

lata voce respondit, Ludovicus Domi-
 nus meus culpam suam non inficiatur,
 eam tamen reparare paratissimus est, ac
 vehementer exoptat, ut Italiæ Princi-
 pes cum eo in pristinam redirent amici-
 tiam, qua impetrata fidem suam obstrin-
 git, quod Gallos ultra Alpes repulsurus
 esset, nullo eis relicto spacio, intra quod
 Neapolis regnum vel oculis suis eme-
 tiri, minus vero illud armis occupare pos-
 sent. Plura alia magis notatu digna Ta-
 verna subjunxit, quibus Ludovici perfidia,
 ac perversa ejusdem consilia satis
 manifeste prodebantur; his perceptis
 Mattaronus, plura in Franciæ Regis da-
 mnum audire impatiens, dato signo
 Petrum Medicæum monuit, ut Taver-
 nam abire juberet, moxque Carolum de
 colloquii successu edoceri, summa solli-
 citudine curavit: Unde plurimorum
 sententia fuit, quod Rex Christianissimus
 quantocius Mediolani Ducatum tota belli
 mole oppressurus esset.

§. XCVII.

*Ludovicus objectam sibi perfidiam
 apud Carolum purgare
 conatus.*

Aft longe aliter evenit, ac putabant illi,
 palam-